



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 52. Plurium Franciæ Provinciarum seditio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

**Sæcul. XVI.** rum Pontifex proiectæ suæ ætatis haud  
A.C. 1548. immemor, serio etiam perpendebat,  
 quod non modo propriæ suæ utilitati,  
 sed vel maxime Ecclesiæ bono præju-  
 dicium inferret, si contra Carolum Cæ-  
 sarem bellum moveret, hinc tempori  
 serviendum esse arbitrabatur. Igitur  
 Henricus Rex se operam perdidisse pro-  
 spiciens, suamque in Italia præsentiam  
 prorsus inutilem esse ratus, superatis  
 rursus alpibus in Franciam rediit An-  
 gliæ Regi arma illatus, simulque Bo-  
 noniensem Picardiæ urbem recupera-  
 turus, quam regnante Francisco I. ejus  
 Patre Angli in nupero bello eidem  
 eripuerant.

## §. LII.

*Plurium Franciæ Provinciarum  
seditio.*

**Steidan. l. 21.** Cum autem Rex ad sustinendos hujus  
*p. 274.* belli sumptus subditis suis immodi-  
**Belcar. l. 25.** ca tributa imponere, atque inumeris  
*n. 16.* ferme suppetiarum oneribus premere  
 cogeretur, mox illius populi jamjam  
 præcedentium bellorum exactionibus  
 exhausti in pluribus Provinciis seditio-  
 nem concitarunt, ad id adacti ob tribu-  
 ta, ac propter acerbissimas vexatio-  
 nes illorum, qui ex salinis vectigalia  
 exigebant. **Prinxe omnium,** quæ re-  
 bellio-

bellionem conflagrunt, Provinciæ erant Sæcul. XVI,  
Engolismensis, & Santonensis, in qui- A.C. 1548.  
bus plusquam viginti rusticorum mil-  
lia in unum agmen coibant, ac præter  
quemdam Nobilem nomine Puteo - Mo- Puy-Moreau  
ronum etiam quemdam Blansacensem  
civem nomine Bois-menillum, co-  
gnomento *Galafram* tanquam suum ca-  
put nominabant. Postquam vero sedi-  
tionis rumor ad Petrovienses, Agen-  
nenses, Lemovicenses, Pictavienses, &  
Vascones sese effuderat, mox infra  
unius Mensis angustias plusquam quin-  
quaginta millia hominum confluxerant,  
qui contra Regem suum arma capes-  
cebant. Seditiosos hosce non sine in-  
genti lætitia Burdegalenses excepere,  
atque ipsimet æris campani sonitu ex-  
citati per totam quisque urbem ad ar-  
ma convolant, ac ingentem Ministro-  
rum numerum trucidant, eorumque æ-  
des deprædantur.

### §. LIII.

#### *Sententia in seditiosos Burdegalenses pronuntiata.*

E quidem Henricus II, ut horum re- Belcar. l. 25.  
bellium furorem sisteret; Anna Mont- n. 17. § 18.  
morentio Franciæ Connestabili, & Fran- Thuan. l. c.  
cisco Lotharingio Aumalio Ductoribus  
kopias eo misit, peditum decem mil- Hist. Eccles. Tom. XXXIX. T t lia,